

36
CHRISTIANUS FRIDERICUS FRANCKENSTEIN, ^{58.}

LAT. LINGV. ET HISTORIARUM PROFESSOR

PUBLICUS,

COMMUNITAT. PHILOSOPH. IN

ACADEM. LIPSIENS. HOC TEMPORE

PRO CANCELLARIUS

PHILOSOPH. CANDI-

DAT. S. P. D.

Quamvis ipsa sibi virtus pulcerrima merces
Existat, factique boni vitæque probatæ
Maximus iste fiet fructus fecisse decenter: (re,
Attamen haud quisquam potuit poteritve nega-
Quod magnis animis stimulos superaddat hono-
rum

Vix explenda sitis laudisque agnata cupido.
Hoc adeo monstrant ratione carentia bruta:
Acer & ad palmæ promptè cursurus honores,
Si tamen exhorteris, equus mage fortiter ibit,
Scilicet aut nullam virtus sibi postulat, aut hanc
Pro multis magnisque laboribus atque periculis
Mercedem laudis, quâ se solatur abunde.
Disfimilis vitii ratio est. Licet improba facta
Sint sibi maxima poena. Licet tristissima res sit,
Nocte dieque suum gestare in pectore testem:
(Nam tuto licet esse malo, verum esse quieto

Secu-

Securoq̄ve licet nunquam) foedisima semper.
Fama sequi quamvis consv̄erit turpia facta;
Illa tamen solet esse levisima poena scelesto &
Perverso. Quid enim salvis infamia nummis?
Corpore quid salvo? Populus me sibi let, inquit,
Sed mihi plaudo domi & divorum perfruo irā
Terfelix MARIUS, jubeo plorare modestos.
Usque adeo à scelere haud arcet nisi poena nocen-
Ast quia de meliore luto præcordia ficta (tes.
A vitiis virtutis amor deterret, & omnes
Efficit esse leves spes laudis certa labores;
Hinc etiam voluit titulis & honoribus auctos,
Quos constat Claras coluisse fideliter artes,
Principis excelsi favor illustrissimus, atq̄ve
Ne quis fraudetur meritā mercede Laborum,
Jussit prospicerem PROCANCELLARIUS ejus
Ipse vicem. Jam quævis animos industria firmat,
Ad Sophias accingimini præclara brabæa,
Asportanda: patet templū Virtutis, Honoris. (bra
Crastina cum decimam vobis monstraverit um-
Musæum ad nostrum vosmet conferte frequētes.
Ut cognoscatis, quæ post didicisse juvabit.

P. P. III. Cal. Nov. Dominic. XXI. post Tri-
nit. M. DC. LIII.

IDEM LECTURIS SALUTEM ET FELICI-
TATEM PRECOR.

JAM mihi, jamq̄; meis, quos decernente benignā
JSorte, aut quod numeris defecta est Slesia justis,
Col.

51
Collegas habui, studiumqve suosqve labores
Ostendere fatis, quibus hæc lententia menti
Fixa sedet, textam lauri de fronte coronam
Asophies ambire manu, ne tempora docta
Ulterius pulchro maneant viduata decore. (arte
Postquã ab eis, Logici quod summus acuminis
Philosophus veteriq; novaqve recondidit, omne
Quæsitum est vigilis studiosâ indagine mentis:
Quas fovet alma suo gazas natura recessu,
Quid motum cieat, quæ sint primordia rerum,
Et causæ, quonam generentur cuncta, vicissim
Intereantqve modo, monstrarunt ore disertio.
Nec tamen ex illis de moribus ultima facta est
Quæstio, sed quæ summa boni, quis limes honesti,
Ultra quem citraqve nequit consistere rectum,
Quam foedum stupris grassari & cædibus, etsi
Aut occulta fient aut impunita scelestis
Crimina lastauris ficasqve acuentibus, atqve
Famosis, magnâ cum dexteritate notarunt.
Inde Syracusii doctas senisitur ad artes;
Has etiam juvit gustare, & discere rerum
Pondera cum numeris, multiplicibusqve figuris;
Quid tantum Oceano properent se tingere Soles,
Hyberni, vel quæ tardis mora noctibus obstet;
Errantem Lunam, illius Solisqve labores,
Quæqve Planetarum virtus contorqueat orbis,
Unde oculis veniat fallacia plurima nostris,
Et quæ plura Scholæ docuit clarissimus ATLAS
Noster

Noſter amor, noſtrumq; decus, jam grandior evo,
Qvem nobis utinam fervent pia fata per annos
Plures in columē! Poſtquam in quadruplice cyclo
Tentatum eſt noſtrorum humeri quid ferre recu-
ſent,

Quid valeant, illis ea nunc eſt facta potestas,
Judicia ut de ſe conquirere publica poſſint :

Hic quantum Latiae norint Graeque loquelae,
Doctorum vatum quid dia poemata narrent,
Tempora quam feriem fervent, quo torqueat a-
cre

Enthymema modo Rhetor, problemata doctē
Qvī diſſolvantur, ſunt declarare parati.

At vos Lipſiaci clarifſima Lumina Pindi,
Doctoresque, Profefſoresque, ſimulq; Magiſtri,
Hujus cum primam monſtraverit umbra diei,
Hancce bonam nobis operā date quaſo volentes,
Qvamque petitores ſint, explore, periti.
Semper apud memores ſtabit bona gratia facti;
Hiſ ego vos volui nunc invitare benignē,
Qvae gratae exiſtant certifſima pignora mentis.

P. P. d. VII. Eidus Jan. aerae Dionyſ.

1654.

FINIS.

36
CHRISTIANUS FRIDERICUS FRANCKENSTEIN, 58.

LAT. LINGV. ET HISTORIARUM PROFESSOR

PUBLICUS,

COMMUNITAT. PHILOSOPH. IN

ACADEM. LIPSIENS. HOC TEMPORE

PROCANCELIUS
PHILOSOPHUS
DAT. S.

Quamvis ipsa sibi virtus
Existat, factique boni
Maximus iste fiet fructus fec
Attamen haud quisquam p
Quod magnis animis stimu
rum

Vix explenda sitis laudisque
Hoc adeo monstrant ratione
Acer & ad palmæ promptè cu
Si tamen exhorteris, equus n
Scilicet aut nullam virtus fil
Pro multis magnisque labo
Mercedem laudis, quâ se sola
Disfimilis vitii ratio est. Li
Sint sibi maxima poena. Lic
Nocte dieque suum gestare i
Nam tuto licet esse malo, v



Secu-

